



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

29. An peregrini gaudeant Indulgentiis Episcoporum, de quibus plura? Et an Regulares exempti lucentur has Indulgencias Episcoporum? Et asseritur posse Episcopum quadraginta dies Indulgentiæ ...
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

in formulis Sancti Caroli, Quinque Sanctorum, Cardini, Dicrichstain, Diuūm Guilelmi, Maximiliani, Fene, Godefridi Bambergensis, Nostrorum Patrum Affilientium, Patris Hyacinthi Capucini, &c. At vero in aliis Indulgentiis omittitur hac facultas, ut videre est in formulis Communiorum Indulgenterum Clementis VIII, Patuli V. Urbani VIII. Puto tamen esse hoc ipsum de his, quod de ceteris dicendum, tum quia ita habet praxis, tum quia ita haud dubie sentiunt ceteri, tum quia id coniunctum allata paulo ante rationes, tum demique quia inspicimus in obscuris, quid plenius fieri solet, c. *Insipicimus, de reg. iur. in 6. vide plura n. 431.*

3. Nec obest, quod Clemens VIII. anno 1597. ex prefato verterit, ne res indulgentiae affectae transirent personam illorum, qui eas illo anno obtinebant, nam id retinet, tantum de suis, & Prædecessorum indulgentiis, sicut videtur licet in Breui, quod Petrus mendosus refert Rodriquem typographum tom. 4. fol. 03. correctius item tom. 2. pag. 98. art. 2. In quo Breui alia vetat idem Pontifex, quia certum est nec ab eis Anteccclesiis, nec a Successoribus sufficie verita. Ita Gobat. Cui adde Quintanadueniam tom. 1. singularium in Appendic. t. 9. v. 6. num. 9. & Andream Mendo in Bull. Cruc. d. 20. t. p. 2. n. 13. afferentes ad lucandas Indulgenterias, & libandas animas ex Purgatorio non esse opus habere te grana aut imagines ut proprias, sed sufficiat habere te commodities; cum verbum, *Habere*, non solum dicatur de dominio, sed etiam de possessione, & de tenione, iuxta iuris acceptiōem, quam illustrat Resbus in l. 143 de verb. signif.

Et tandem hanc sententiam teneri Antonius Escobar in tractatu Theologiae moralis tract. 7. exam. 5. cap. 8. §. 3. n. 6. qui citat Henriquez. Habet igitur hanc opinio pro lege patrum. Autores.

6. Verum his non obstantibus cum Sanctissimus Dominus noster Innocentius X. ex excessu benignitatis sue dignaretur legere dictam meam p. 10. cum leggeret hanc opinionem in loco citato, significauit mihi per Illustrissimum Dominum Sacrissimam hanc sententiam sibi non placere, & suam esse intentionem non lucrari Indulgenterias, per Medalias mutuo acceptas.

7. Sed inquiramus pulchrum dubium, vtrum si reperiam medaliam quam amiseram, pereat indulgentia secunda numismatis, à me deputata in locum primi? Videatur permanere indulgentiam in secundo numismate, & non redire ad primum, eo quod fuerit verificata conditio, vt possit rite eligi secundum. Et ita ego olim docui cum Cardinali de Lugo, & me citato tunc etiam Gobat vbi supra num. 385. At nouissime humero contraria sententiam nominatum contra Lugum docere Patrem Andream Mendo in Bulla Crucis tract. 6. cap. 2. numero 27. vbi sic asserit; Cum autem mutetur aliquod granum, seu imaguncula, cui erat concessa indulgentia, cum facultate ut ea amissa, alia substitueretur, tunc si amittatur, potest substitui. Qua libellatura, si prima reperiatur, ait Cardinalis Lugo in de pontentia dub. 27. num. 150. substituta potest, non verbo prima affigi indulgentiam, quia fuit illa vice electa, posita conditione amissionis prima, cuius statim indulgentia cessavit. Contrarium certius quippe primario & principaliter fuit concessa Indulgenteria prima, soluoque secunda conceditur, si illa amittatur, cum autem reperitur, iam cessa ratiō vi in secunda sit, quæ indulgentiam habuit dumtaxat in prima defectum, reperta vero prima, non est defectus illius. Non ergo iudicanda est ea indulgentia in perpetuum concessa secunda, sed solūm ut substituta alterius principalis; natura autem substituti est, vt adveniente principali in munere cessa. Ita Mendo. Stancibus itaque his contrariis sententiis. Tom. IV.

tentiis consulo si casus in praxi accidat, vtrumque gratnum seruandum esse, nam certum est in alteruſo esse Indulgenteriam.

8. Norandum est tamen hic, quid licet Theologi afferant Indulgenteria concessionem fieri debere, si gno extero, quando tamen loco amissi numismatis, seu medaliae aliud eligis, eisque prioris Indulgenterias applicas, non est opus quidquam loqui, aut aliud signum externum adhiberi, nam illa tua applicatio, quam rectius designationem & substitutionem dixeris, non est concessio Indulgenteria, non enim tu, sed Pontifex, aut potius Deus immediate concedit illam indulgentiam habentibus tale numisma à te deputatum, quia facultas concedendi indulgentias nunquam delegatur laicis, aut scemniis, & tamen ij possum determinare grana, aut imagines, quidquid afferat Pasqualius. Itaque illa applicatio seu designatione est tantum conditio, non autem causa Indulgenteria. Et hæc omnia ex Cardinali Lugo docet Gobat vbi supra, numero 384.

RESOL. XXIX.

An peregrini gaudent Indulgenterias Episcoporum, de quibus plura?

Et an Regulares exempti lucentur has Indulgenterias Episcoporum?

Et afferitur posse Episcopum quadraginta dies Indulgenteria concedere.

Nomine autem Episcopi etiam Archiepiscopus in praesenti intelligitur, qui in tota sua Provincia eos quadraginta dies potest concedere, quoniam eam non visitet; & in sua Diocesi octoginta dies concedere valet, & si plures dies concedat, validam erit Indulgenteria. Et in Dedicatione Ecclesie unum annum Indulgenteria concedere potest; sed non queunt plures Episcopi ad Ecclesia consecrationem concurrentes plus concedere quam unus.

Nec Successor Episcopus potest illos dies Indulgenteria concedere propter eandem causam propter quam Antecessor quadraginta dies iam concessit.

Potest vero quoniam eos dies propter diuersas causas satis concedere.

Et tandem queritur, an possit Successor illos renocare? Ex parte 11. tractatu 8. & Milcel. 8. Resolutio ne 24.

S. I. Ideatur prima facie affirmatiū respondēt. Sup. hoc in dum ex verbis Gauanti in man. Episc. verb. Ref. seq.
Indulgenteria num. 3. extendens has Indulgenterias etiam ad exteriores in Diocesis commorantes; quod puto intelligendum de commemoratione diutina per domicilium, non de simplici transitu, aut breuissima mora. Et ita docet Episcopus Iordanus tom. 1. lib. 5. tit. 16. numero 55. & 56. quia ratione diutinae habitationis contrahunt forum, & subditi efficiuntur ad hunc effectum; In uno casu possunt peregrini etiam has Indulgenterias lucrari, quando videlicet acciperent facultatem à proprio Episcopo, vt ab alieno Episcopo possint Indulgenterias accipere, quod possit facere tradit ipse Gauantus num. 7. & Iordanus num. 60. cum aliis.

2. Sed quid dicendum de Regularibus exceptis. Negat lucrari Indulgenterias Episcoporum Vgolinius de potest. Episcop. capite 41. §. 2. ver. excipitur. Sed contrarium tenendum est cum Iordano loco citato numero 49. itavit Regularibus non tantum licet participe de huiusmodi indulgentiis Episcoporum generaliter propositis; verum etiam possint eisdem peculia-

R riter

NA
nida
L. IV. V.
III

riter collocari: tum quia exemptione concessa ad favorem non debet in odium retroqueri, & exemptos impedit, talem remissionem consequi cupientes, arg. I. quod favore. C. de leg. & cap. quod ob gratiam de Regul. inv. in 6, cum vulg. tum etiam quia ipsi Regularis & exempti aliquo modo subiiciuntur Episcopis, veluti in oblatione festorum, Interdicti, susceptione Ordinum, consecratione Ecclesiarum, Altarium, Cenotaphiorum, & similium; ideo tali respectu participes fieri possunt Indulgenciarum. Benè verum est, quod si pro consequenda indulgentia Episcopali requiratur opus, quod absque Superioris licentia præstari nequeat; tunc ipsa licentia interuenire debet, ut indulgentia adipiscatur.

Sup. contēto
in hoc §. vñ
que post eius
mediu[m] inf[er]m[us]
tr. 8. Ref. 10;
in princ.

3. Sed quia h[ic] incidit sermo de Indulgentiis Episcoporum, alero posse Episcopum quadraginta dies Indulgencias concedere; nomine autem Episcopi, etiam Archiepiscopus in praesenti, intelligitur, ut inferitur ex cap. *Nostro de p[re]n[esci]t.* & remiss. qui tota sua Provincia eos quadraginta dies potest concedere, quamvis eam non visitet. Etenim dum visitat, & item in sua Diocesis octoginta dies concedere valeret; idemque possunt Primate, & Patriarchæ. Quod si plures dies concedant, valida erit Indulgencia quod dies sibi permisso, quia utile per inutile non vitiat, non vero quod ceteros, ut lquet ex c. *Nostro c. cum ex eo, de p[re]n[esci]t.* & remiss. vlt eod tit. in 6. In Ecclesia dedicatione unum annum Indulgencias possunt concedere pro illo die: ut constat ex dicto c. *cum ex eo.* Nequeunt autem plures Episcopi ad Ecclesiæ consecrationem concurrentes plus concedere, quam unus. Nec successor Episcopi potest alios dies Indulgencias concedere propter eandem causam, propter quem antecessor quadraginta iam concessit; potest vero quibus eis dies propter diueras causas s[ecundu]m concessere. Et h[ic] omnia inuenies apud Andream Mendo in *Bull. Cruci. disputatione 6. c. 1. n. 16.* & Gauantum *vbi supra;* Sed magis latè apud Pacem Iordanum, & Barbosam de potest. Episcop. part. 2. all. gal. 88. per totam.

4. Nota vero quod Episcopus potest Indulgencias concedere pro quibuscumque piis causis, & honestis nec restringita censeatur eiusmodi potestas ad Ecclesiæ, vel Altarium consecrationes, sive ad benedictionem solemnem, & cetera similia frequentiora: textus enim in dict. cap. *cum ex eo, in fine de panit.* ex Generali Concilio Lateranensi restringit tantum quantitatem illarum, ceterum expresse concedit facultatem dandi pro quibuslibet causis, & pro indubitate supponitur à Doctoribus supra citatis. Credo tamen Episcopum successorem pro eadem causa nouam Indulgenciam concedere minimè posse, quia reputatur idem Episcopus. Ita Iordanus numero 51. & num. 57. Barbosa allegat. 88. numero 15. & 16. Et poterit successor illas renuocare, sicut potuisset ipsemem concedens, quia successor reputatur una persona cum functo.

R E S O L . XXX.

An qui accipit facultatem ab alio, quam à Summo Pontifice applicandi Indulgencias, possit eam in aliud transferre?

Et an qui habet Indulgencias, seu benedictiones, mortuo Pontifice concedente, adhuc possit illas applicare?
Et an Indulgencia concessa alicui Medallia possit acquiri per Medalliam mortuo ab alio acceptam?
Et an homo externa Diocesis orans ante Imaginem B. Virginis, ad quam Episcopus 40. dies Indulgenciarum orantibus contulit, lucretur eadem ratione Indulgenciam?

Et an Imago translata extra Diocesim portet illam In-

dulgentia collationem? Ex part. 10. tit. 16. & Milc. 6.
R. c. 2.

§. 1. **D**E hoc casu s[ecundu]m interrogatus, negavit respondi; & ita postea docuit Pater P[at]r[ic]ius indulgentias que alicui conceduntur à Summo Pontifice applicande imaginibus, coronis, &c. possint in alterum transferri, à quo applicentur: Et affirmatiu[m] responderet; dummodo (ait ille) in concessione à Summo Pontifice non sit aliter cautum, sed stando in iure communi. Qui enim tales Indulgencias applicandas accipit, non solum accipit ipsas Indulgencias, sed etiam facultatem eas applicandi cuinam materia voluerit, unde conseruit ad hoc munus delegatus. Quia autem delegatus à Summo Pontifice potest rur[us] delegare, cap. fin. de Officio Iud. deleg. & cap. *Cum causam, de appellat.* Idecum sit delegatus ad tales Indulgencias applicandas, potest alium subdelegare, qui eas nomine suo applicet cuinam materia placuerit. Ex hoc autem lequitur, quod ille, qui ab alio, quam à Pontifice accipit talenm facultatem, non possit in aliud transferre Indulgencias applicandas; quia ex vi subdelegationis terminatur in ipso facultas; & tunc valet regulis, quod delegatus non potest delegare. Ita P[at]r[ic]ius.

2. **Sed** nouissime Pater Gobat in *Theologia Indulgenciarum, part. 1. cap. 9. quaest. 33. num. 128.* contrarium docet; sic enim asserit: Qui ab alio, quam à Summo Pontifice accipit facultatem applicandi intentiones, non potest secundum Pasqualigum, loco citato, in alterum transferre Indulgencias, ab hoc altero applicandas, eo quod delegatus non possit subdelegare. Verum hæc doctrina non videtur ita generaliter admittenda, quia repugnat praxi permotorum eruditorum Religiosorum, intra, & extra Romanam degentium, qui partem intentionis, quas ab aliis vel Romæ degentibus, vel Roma venientibus magno numero accipiunt, largiuntur aliis. Et ratio huius praxis est, quia mens Summi Pontificis multa millia prædictarum intentionum concedentis, non videtur esse alia, quam ut per rerum his intentionibus affectuarum vñ, operaque prescripta homines ad pietatem excitentur, proque suis peccatis satisfaciant, sive interim mediare, sive immediate applicet eas is, cui ipse Pontifex illas concessit. Ad non malam rationem Pasqualigum responderi potest, illam Juristarum regulam; quod delegatus non possit subdelegare, intelligi potissimum de delegato ad actus iurisdictionis exercendos, aut de taliter delegato, ut in illo delegans spectet circumstantias doctrinæ, prudentia, atque aede industria personæ. At vero applicatio intentionum non est actus iurisdictionis, quandoquidem solet ipse Pontifex etiam Laicis personis concedere facultatem applicandi intentiones; & præterea in illo cui datur facultas applicandi, non spectat circumstantia doctrinæ, prudentia, &c. Atque ita censent viri docti, quos hac super re confulsi. Hucusque ingeniosè ut semper solebat Pater Gobat. Sed ego non recedo à sententia negativa, quam semper docui, nixus auctoritate Praxis huius Romanæ Curie: & ita etiam mihi responderunt Magistri Cœremoniarum Sanctissimi D. N. in his materiis Indulgenciarum versatissimi.

3. Nota h[ic], quod qui habet Indulgencias, seu benedictiones mortuo Pontifice concedente, adhuc possit illas applicare. Ita Pasqualigus, *de leg. 49.* & *Gobat, num. 130.* Sed si quæras an Indulgencia concessa *Spec. 33. p[ro]p[ri]etate 1.* alicui medallia possit acquiri per medalliam mutuo sive ab illo acceptam? Respondeo affirmatiu[m]. Ratio est, ut simpliciter Indulgencia est assignata medallia, sive sive medalliam gerenti, vnde cumque eam habeat, sive Cauendus tamen abusus eorum, qui medalliam alicui.

Cruci